

*Oppido deinceps Syrie. Sed in ARCE resurgens
Ciger et in VENVSIS et reuinis la pati.*



*DE ANNO ET EPOCHIS
SYROMACEDONVM*



ANNVS ET EPOCHAE
SYROMACEDONVM

IN VETVSTIS VRBIVM SYRIAЕ NVMMIS
præsertim MEDICEIS expositæ.

ADDITIS

FASTIS CONSULARIBVS

ANONYMI OMNIVM OPTIMIS.

Accesserunt nuper Dissertationes

DE

PASCHALI LATINORVM CYCLO

ANNORVM LXXXIV,

ACRAVENNATE ANNORVM XCV.

AUCTORE

F. HENRICO NORIS

VERONENSI

Augustiniano, Serenissimi Magni Duci Etruriæ COSMI III Theo-
logo, & in Academia Pisana Sac. Scripturæ & Ecclesiasticæ

Historiæ Professore,

nunc S.R.E. CARDINALE.



LIPSIAE,

Apud THOMAM FRITSCH,
M. DC. XCVI.

SERENISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI supos
FRANCISCO MARIAE MEDICEO,
S. R E. CARDINALI.




Eustissimæ ac florentissimæ quondam Sy-
riae Vrbes non tam senio confectæ, quam
irruentum barbarorum feritate deletæ,
alto dudum cinere obrutæ jacent, ut ne i-
psarum quidem vestigia supersint. Illa-
rum tamen symbola, tutelaria Numinæ,
atque ea, quibus florueræ, tempora in ea-
rundem Nummis ære perenni ducta, ac seris posteris servata,
obsignantur, ita ut quamvis illæ Temporis injuria perierint, i-
psum tamen Tempus suis in Nummis æreis veluti compedibus
vincitum ostentent. Cum vero ipsarum Epochæ hactenus vi-
ris eruditis aut ignoratæ aut parum feliciter expositæ fuerint, a-
nimatum induxi, easdem MEDICEORVM Numismatum ope
in optimo lumine collocare. Vereor tamen, ne istæ de variis
Syriarum Vrbium Temporibus dissertationes parum scite aut
commodo tempus capiant, ad Serenissimam tuam Celsitudi-
nem adeundi. Nam vix Vaticana dibapha facri muricis cruo-
te, sed tuarum virtutum fulgore longe nitidior tuis in humeris
præradiaverat, cum LEOPOLDVS Cæsar Augustus, Pius, Fe-
lix, ac Triumphator inter tot erecta de formidata a tot sæculis
Christianorum regnis Turcarum gente trophyæ, laureatis lite-
ris Tuam Celsitudinem Imperii Germanici apud Apostolicam
Sedem Protectorem designavit; statimque geminato honore,
idem pariter munus pro Hispaniarum regnis invictissimus co-
rundem Monarcha Tibimet detulit, simulque in universum
pene Orbem, qua mitissimum ac felicissimum Austriacorum
imperium ad remotissimos usque Indiatum populos longe la-

Cycle Paschalis annorum xcv. ab anno Aera Christi DXXXII. ad annum DCXXVI.
Lanuus Diameter est.

*extat Rauennæ in Camera
Ecclesie Metropolitana
Cartago denominata.*

Lapidis Diameter 25
palm Roman. 4 $\frac{1}{4}$
Litteræ Sunt 4





DISSERTATIO PRIMA DE ANNO AC MENSIBUS MACEDONUM.

CAPUT I.

Asia a Macedonibus subacta, annum eorumdem rademque mensum nomina admisit. Error Scaligeri ac Petri de primo mense anni Macedonum. Initio menses apud eosdem Lunares erant, omnesque tricenariae. Usque sententia de veteri anno Solari Macedonum expenditur.



Macedonas incertis olim sedibus errantes, inopes, ac passim sub pellibus gregem pascentes, Philippus rex urbes incolere jussos, optimis legibus ac institutis instruxit, ut eisdem in libro septimo apud Arrianum, Alexander Philippi filius exprobavit. Hinc sub prioribus regibus resilliorum obscuræ ac vix finitimi notata: quarum exoletam pene memoriam Diòdorùs Siculus ad posteros breviori narratione transmisit. Verum ubi Alexander selectis ex Macedonia ac Grècia copiis, transmissò Hellestanto, Darii Perfarum regis exercitibus uno & altero prælio

A profili-

DISSERTATIONES TRES
superioribus quinque
adjectæ,

Quarum PRIMA

FASTOS CONSVLARES ANONYMI,
e codice Manuscripto Bibliothecæ Cæsareæ depromptos,
exhibit & illustrat: adjecta Epistola ad doctissimum virum
Antonium Pagi, de Nummo Herodis Antipæ;

ALTERA

CYCLVM PASCHALEM LATINO-
RVM annorum LXXXIV dilucidat;

TERTIA

CYCLVM PASCHALEM RAVEN-
NATEM annorum XCV explicat;

AVCTORE

F. HENRICO NORIS
Augustiniano,

*antea Sacra Theologie Professore & Apostolicae
Bibliothecæ Custode,*

nunc S. R. E. Cardinale.

LIPSIAE,


Apud THOMAM FRITSCH.
M DC XCVI.

*AD ERUDITISSIMVM, AC CLARISSIMVM
VIRVM*

P. ANTONIVM PAGIVM

Sac. Theolog. Doctorem, Ord. Min. Convent.

DE NVMMO HERODIS. ANTIPÆ.



CVm proxime libri de Epochis Syromacdonum ante biennium absoluti editionem tardioribus typis ad existum fere perduxisse, epistolam abs te IV Kal. Septembris Aquis Sextiis scriptam accepi, qua me iterum in Syriam mittis, ut rarissimi ibidem scalpti Numismatis Epocham diligenter atque accurate perpendam; quod eadem putas celeberrimæ de anno obitus Herodis Magni disputationi, inter præclarissimos Scriptores acri sane contentione ac multiplici opinorum varietate agitatæ, magnum diem tandem imponi. Narras Nummum servari in Museo D. Rigordi patricii Massiliensis, qui cum ejusdem etiam typum Florentiam ad insignem Virum tui amantissimum, cuiusve amicitiam literati quique & cum fœnore certatim aucupari contendunt, Antonium Magliabechium transmiserit, eundem in præfatione editi de Epochis Syriae voluminis recitavi, & hic iterum correctius lectum, explicare conabor. In priori parte nummi ærei ac minimi moduli legitur intra lauream: ΓΑΙΩ ΚΑΙ ΣΑ ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. Ca-
jo